vocabantur. Cumq; stetissent adversū
moysen et aaron dixerunt. Sufficiat
vobis quia omīs multitudo sanctoꝝ
est. et in ipīs est dn̄s. Cur elevamini
super ꝓplm dn̄i? Quod cum audisset
moyses recidit pronus ī faciē: locut⁹
q; ad chore et ad omnē multitudinē.
Mane inquit notum faciet dn̄s qui
ad se pertineant. ⁊ sanctos applicabit
sibi: ⁊ quos elegerit appropinquabūt
ei. Hoc igit̄ facite. Tollat unusquisq;
thuribula sua tu chore et om̄e concili-
um tuū. ⁊ hausto cras igne ponite desu-
per thimiama corā dn̄o: ⁊ quemcumq;
elegerit. ipē erit sanctus. Multū erigi-
mini filij levi. Dixitq; rursum ad cho-
re. Audite filij levi. Num parū vobis
est ꝙ separavit vos deus israhel ab
omni ꝓplo: et iunxit sibi ut serviretis
ei in cultu tabernaculi: ⁊ staretis corā
frequentia populi et ministraretis ei?
Idcirco ad se fecit accedere te et om̄es
fratres tuos filios levi. ut vobis etiā
sacerdotiū vendicetis. ⁊ omnis glob;
tuus stet contra dn̄m? Quid est enim
aaron ut murmuretis contra eū? Mi-
sit ergo moyses ut vocaret dathan et
abiran filios eliab. Qui responderūt.
Non venimus. Numquid parum est
tibi quod eduxisti nos de terra egipti
que lacte et melle manabat ut occide-
res in deserto: nisi et dominatus fue-
ris nostri? Revera induxisti nos ī ter-
ram que fluit rivis lactis et mellis: et
dedisti nobis possessiones agroꝝ ⁊ vi-
nearū. An et oculos nostros vis erue-
re? Non venimus. Iratusq; moyses
valde. Ait ad dn̄m. Ne respicias sacri-
ficia eoꝝ. Tu scis quod nec asellū qui-
dem unquā acceperim ab eis. nec affli-
xerim quempiam eoꝝ. Dixitq; ad cho-
re. Tu ⁊ omnis congregatio tua state

seorsum coram dn̄o. et aaron die cra-
stino separatim. Tollite singuli thuri-
bula vestra. ⁊ ponite super ea incensū
offerentes dn̄o ducēta quinquaginta
thuribula: aaron quoq; teneat thuri-
bulum suū. Quod cū fecissent stanti-
bus moyse ⁊ aaron. ⁊ coacervassent
adversum eos omnē multitudinē ad
ostium tabernaculi: apparuit cunctis
gloria dn̄i. Locutusq; dominus ad
moysen ⁊ aaron ait. Separamini de
medio congregatōnis huius: ut eos
repente disperdam. Qui ceciderūt pro-
ni in faciem. atq; dixerunt. Fortissime
deus spirituum universe carnis. num
uno peccante contra omnes tua ira
desevīet? Et ait dominus ad moysen.
Precipe universo populo ut separet̄
a tabernaculis chore ⁊ dathan et abi-
ran. Surrexitq; moyses ⁊ abijt ad da-
than et abiran: et sequentib; eū senio-
ribus israhel dixit ad turbam. Recedite
a tabernaclis impioꝝ: ⁊ nolite tange-
re q̄ ad eos ꝑtinent. ne involvamini
in peccatis eorum. Cūq; recessissent a
tentorijs eorum ꝑ circuitum. dathan
et abiran egressi stabant in introitu
papilionū suarum. cū uxoribus ⁊ libe-
ris. omniq; frequentia. Et ait moyses.
In hoc scietis quod dominus miserit
me: ut facerem universa que cernitis. ⁊
non ex ꝓprio ea corde protulerim. Si
consueta hominū morte interierint. et
visitaverit eos plaga qua et ceteri visi-
tari solent: nō misit me dn̄s. Sin aūt
novam rem fecerit dominus. ut ape-
riens terra os suum degluciat eos et
omnia que ad illos pertinent. descen-
derintq; viventes in infernū: scietis ꝙ
blasphemaverint dominū. Confestim
igitur ut cessavit loqui dirupta est ter-
ra sub pedib; eorū: ⁊ aperiens os suū